



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Melchior Consaluius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

rum illorum cadauerum ad  
rogum deportatorum, cùm  
se inuicem Lusitanicè ac  
Iaponicè salutarent, felici-  
tatemque suam Benedictus  
Paulo, & hic illi vicissim  
gratularetur.

*P. Melchior Confalvius.*

*Lusitanus.  
Bazaini.  
in Octobri.  
1551.  
Soc. 5.*

*p.v.*

*Vesperi.*

Hunc S. Franciscus Xau-  
rius Bazaini Collegio præse-  
se iussit. Multos ibi, & cir-  
cùm, ad Christi fidem addu-  
xit; nec pauca idola subuer-  
tit; erecto diuinæ Matri tem-  
plo, & ephebio puerorum;  
ad paruulos fidei Orthodo-  
xæ dogmatibus imbuendos.  
Xaueriano more, primis te-  
nebris urbem illam concur-  
sans, pulsato ære campano  
populum admonebat, ut pre-  
ces funderet pro ijs qui le-  
thalis peccati conscientiâ te-  
nentur æternis inferni poenis  
ob-

obnoxij, nisi resipiscant; &  
pro illis animabus quas ex-  
piatorius ignis in purgato-  
rio excruciat. Apostolico-  
rum virorum elogio tam  
bonus eius vineæ operarius  
fuit, ut verbis id consequi  
perdifficile sit. Odere in il-  
lo tantum fidei, ac anima-  
rum studium timidi iuxta &  
rabidi idolorum cultores;  
quare ne porrò Christianæ  
religionis fines latius, ut cō-  
tinuatis laboribus faciebat,  
extenderet, veneno propi-  
nato mortem illi accelera-  
uere. P. Gaspar Barzæus illac-  
iter tunc habens adfuit mo-  
rienti.

Purgato-  
rium.

Fides.

Michaël Xuccan.

Catechesis, & concionum  
affiduitate, vigore, ac spiri-  
tu multos è suis Ciuibus ab  
idolis abduxit. Macai ob

Iapon.  
Scimino-  
sceki.  
Octobri.  
1628.

fi-